


NÚM. 6. Jueves 5 de Febrero de 1891. AÑO XXXIX.



BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEÓN.

PRECES

que Nuestro Smo. Padre desea que todos los Sacerdotes reciten con frecuencia.

EXORCISMUS.

IN SATANAM ET ANGELOS APOSTATICOS IUSSU

LEONIS XIII. P. M.

EDITUS.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Ps. LXVIII.

Exsurgat Deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius.

*Sicut deficit fumus, deficiant; sicut fluit cera a facie ignis,
sic pereant peccatores a facie Dei*

Ps. XXXIV.

Indica Domine, nocentes me; expugna impugnantes me.

Confundantur et revereantur quaerentes animam meam.

Avertantur retrorsum, et confundantur cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante faciem venti: et angelus Domini coarctans eos.

Fiant via illorum tenebrae, et lubricum: et angelus Domini persequens eos.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacue exproraverunt animam meam.

Veniat illi laqueus quem ignorat; et captio quam abscondit.
apprehendat eum: et in laqueum cadat in ipsum.
Anima autem mea exultabit in Domino: et delectabitur su-
per salutari suo.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto:

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula
saeculorum. Amen.

AD S. MICHAELEM ARCHANGELUM.

PRECATIO

Princeps gloriissime caelestis militiae, sancte Michael Ar-
changele, defende nos in praelio et *colluctatione*, quae nobis est
adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tene-
brarum harum, contra spiritualia nequitiae, in coelestibus, (Ephes. VI.) Veni in auxilium hominum; quos Deus creavit inexter-
minabiles, et ad imaginem similitudinis sua fecit, et a tyrannide
diaboli emit prelio magno (Sap. II.-I. Cor. VI.). Praeliare hodie
cum beatorum Angelorum exercitu praelia Domini, sicut pugnas-
ti olim contra ducem superbiae luciferum, et angelos eius apos-
taticos; et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius
in caelo. Sed *projectus est draco ille magnus, serpens antiquus*
qui vocatur diabolus et satanas, qui seducit universum orbem;
et projectus est in terram, et angeli eius cum illo missi sunt.
(Apoc. XII.). En antiquus inimicus et *homicida* vehementer erec-
tus est. Transfiguratus in angelum lucis, cum tota malignorum
spirituum caterva late circuit et invadit terram, ut in ea deleat
nomen Dei et Christi eius animasque ad aeternae gloriae coro-
nam destinatas furetur, mactet ac perdat in sempiternum inter-
num interitum. Virus nequitiae sua, tamquam flumen iminun-
dissimum, draco maleficus transfundit in homines depravatos
mente et corruptos corde; spiritum mendacii, impietatis et
blasphemiae; halitumque mortiferum luxuria, vitiorum omnium
et iniquitatum.—Ecclesiam, Agni immaculati sponsam, vaferimi
hostes repleverunt amaritudinibus; inebriarunt absinthio; ad
omnia desiderabilia eius impias miserunt manus. Ubi sedes bea-
tissimi Petri et Cathedra veritatis ad lucem gentium constituta
est, ibi thronum posuerunt abominationis impietatis sua; ut,
percusso Pastore, et gregem disperdere valeant.—Adesto itaque,

Dux invictissime, populo Dei contra irrumpentes spirituales nequitias, et fac victoriam. Te custodem et patronum sancta veneratur Ecclesia; te gloriatur defensore adversus terrestrium et inferorum nefarias potestates; tibi tradidit Dominus animas redemptorum in superna felicitate locandas. Deprecare Deum pacis, ut conterat satanam sub pedibus nostris ne ultra valeat captivos tenere homines, et Ecclesiae nocere. Offer nostras preces in conspectu Altissimi, ut cito anticipent nos misericordiae Domini, et apprebendas dracanem, serpentem antiquum, qui est diabolus et satanas, ac ligatum mittas in abyssum, *ut non seducat amplius gentes* (Apoc. xx.)

Hinc tuo confisi praesidio ac tutela, sacra ministerii nostri auctoritate, ad infestationes diabolicae fraudis repellendas in nomine Iesu Christi Dei et Domini nostri fidentes et securi aggredimur.

v. Ecce crucem Domini; fugite partes adversae.

r. Vicit Leo de tribu Iuda, radix David.

v. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

r. Quemadmodum speravimus in te,

v. Domine, exaudi orationem meam.

r. Et clamor meus ad te veniat.

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, invocamus nomen sanctum tuum, et clementiam tuam supplices exposcimus, ut per intercessionem immaculatae semper virginis Dei genitricis Mariae, beati Michaëlis Archangeli, beati Joseph eiusdem beate Virginis Sponsi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli et omnium Sanctorum, adversus satanam, omnesque alios inmundos spiritus, qui ad nocendum humano generi animasque perden das pervagantur in mundo, nobis auxilium praestare digneris. Per eundem Christum Dominum Nostrum. Amen.

EXORCISMUS.

Exorcizamus te, omnis immunde spiritus, omnis satanica potestas, omnis incursio infernalis adversarii, ennis legio, omnis congregatio et secta diabolica, in nomine et virtute Domini Nostri

Iesus Christi, eradicare et effugare a Dei Ecclesia, ab animabus ad imaginem Dei conditis ac pretioso divini Agni sanguine redemptis. Non ultra audeas, serpens callidisime, decipere humanum genus, Dei Ecclesiam persequi, ac Dei electos excutere et cibare sicut triticum. Imperat tibi Deus altissimus, cui in magna tua superbia te similem haberi adhuc praesumis; *qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire* (1, Tim. II.) Imperat tibi Deus Pater imperat tibi Deus Filius; imperat tibi Deus Spiritus Sanctus. Imperat tibi maestras Christi, aeternum Dei Verbum caro factum, qui pro salute, generis nostri tua invidia perditi, *humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem* (Phil. II.); qui Ecclesiam suam aedificavit supra firmam petram, et portas inferi adversus eam nunquam esse praevalituras edixit, cum ea ipse permansurus *omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* (Matth. XVIII. 20.). Imperat tibi sacramentum Crucis, omniumque christiana fidei Mysteriorum virtus. Imperat tibi excelsa Dei Genitris Virgo Maria, quae superbissimum caput tuum a primo instanti immaculatae suae conceptionis in sua humilitate contrivit. Imperat tibi fides sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et ceterorum Apostolorum. Imperat tibi Martyrum sanguis, ac pia Sanctorum et Sancatarum omnium intercessio.

Ergo, dacro maledicte et omnis legio diabolica, adiuramus te per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum qui *sic... dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam*. (Io. III.): cessa decipere humanas creaturas, eisque aeternae perditionis venenum proprinare: desine Ecclesiae noce-re, et eius libertati laqueos iniicere. Vade satana, inventor et, magister omnis fallaciae, hostis humanae salutis. Da locum Christo, in quo nihi invenisti de operibus tuis; da locum Ecclesiae uni, sanctae, catholicae, et Apostolicae, quam Christus ipse acquisivit sanguine suo, Humiliare sub potenti manu Dei, contremisce et effuge, invocato a novis sancto et terribili nomine IESU, quem inferi tremunt, cui Virtutes caelorum et Potestates et Dominatio-nes subiectae sunt; quem Cherubim et Seraphim indefessis vocibus laudant dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

- v. Domine, exaudi orationem meam.
r. Et clamor meus ad te veniat.
v. Dominus vobiscum.
r. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus caeli, Deus terrae, Deus Angelorum, Deus Archagelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martiyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus qui potestatem habes donare vitam post mortem, requiem post labore; quia non est Deus praeter te, nec esse potest nisi tu creator omnium visibilium, cuius regni non erit finis: humiliter maiestati gloriae tuae supplicamus, ut ab omni infernali spirituum potestate, laqueo, deceptione et nequitia nos potenter liberare, et incolumes custodire digneris. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Ab insidiis diaboli, libera nos, Domine

*Ut Ecclesiam tuam secura tibi ficias libertate servire; Te
rogamus, audi nos.*

*Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliari digneris; Te roga-
mus audinos.*

(Et aspergatur locus aqua benedicta.)

EX AUDIENTIA SSMI.

Die 18 Maii 1890.

Ssmus. D. N. LEO divina providentia PP. XIII. omnibus Rmis. Episcopis, nec non Sacerdotibus ab Ordinariis suis legitime ad id auctoritatem habentibus, qui exorcismum supra expressum devote semel in die recitaverint, partiale tercentum dierum indulgetiam singulis diebus lucranda: iisdem vero per totum mensem id perangentibus confessis, ac sacra Eucharistia refectis plenaria in omnium peccatorum suorum Indulgentiam semel in mense, die eorum arbitrium designanda, pariter lucrandam imperitus est: quam etiam animabus Christifidelium in purgatorio detentis applicari posse declaravit. Praesentibus in perpetuum valitatis.

† D. ARCHIEPISCOPUS TYRENSIS
S. C. de Propaganda Fide Secretarius.

SOBRE IMPEDIMENTO DUDOSO DEL MATRIMONIO.

De orden de S. E. Ilma. se publican las preces dirigidas á la Sagrada Penitenciaria, y á la resolución de ésta, respecto de un impedimento dudoso, por creer de utilidad para los Sres. Párrocos y Confesores el conocimiento de este caso.

Eme. Domine.

Titius, filius naturalis Bertae, et Caja, legitima filia Lulii Compostellanae Archidioecesis, matrimonio conjungi cupiunt ad legitimationem prolis et scandalum vitandum.

Suspicatur tamen quod primo in linea collaterali consanguinitatis gradu sint ligati; quae quidem suspicio non parvo innititur fundamento. Berta enim postquam Titium in lucem edidit, Lulium, tunc temporis solutum, ad civile judicium vocavit, ut filio suo alimenta praeberet, eo quod ab illo genitus esset; ille tamens paternitatem iterum atque iterum negavit et a judice fuit absolutus.

Sed temporis decursu, cum praedictus Lulius filiam Cajam ex legitimo matrimonio procreasset, Titio cum ea matrimonium inire cupiente, coram Parrocho sistit dicens Titium esse filium suum, quapropter nequaquam inter se matrimonialiter copulari posse. His innixus Parochus tale connubium interdixit; oratores autem agendi rationi Parochi non acquiescunt, nec a proposito matrimonium ineundi desistunt. Re ad ordinarium delata, et parentibus coram me, iudice ecclesiastico, vocatis, interposito jurejurando, Berta asserit filium suum Titium nequaquam fratrem esse Cajae, illum enim in lucem edidit non ex Lulio, patre hujus, sed ex alio conjugato. Hac de causa, scilicet, ne adulterii in suspicionem veniret, et quia aliunde Lulius eam utique cognovisset, etiamsi jam praegnantem, paternitatem ei tribuit, si forte cogeretur, ut matrimonium cum ea iniret.

Lulius, pater Cajae, etiamsi jurejurando interposito asserit matrem Titii carnaliter cognovisse, sed jam praegnantem; Titius enim in lucem fuit editus tertio vel quarto mense post copulam cum ea prima vice habitam. Confitetur tamen se coram Parrocho Titium vocasse filium suum, ne Caja matrimonium cum illo iniret, quod ei maxime dispicebat. Nunc autem conscientiae mortibus coactus, omnibus rite expensis, et maxime quod Titius et Caja concubinarie et cum prole vivant, non potest non veritatem manifestam facere.

Aninadvertere tamem operas pretium duco, ex attestatione Parochi loci, quem oratores inhabitant, incolas parentum dictis fidem non praestare, quapropter praedicti oratores sicut fratres reputantur, ideoque scandalum ex eorum matrimonio est pertinencendum.

His itaque breviter delibatis, infrascriptus Vicarius Generalis supplex exorat ut Eminentia Vestra sequentibus dubiis responsum aferre dignetur:

«Utrum oratores in casu matrimonium queant contrahere, non obstante scandalo de quo est sermo.»

«Et quatenus negative: utrum oratores valeant in alium pergere locum, in quo sint omnino ignoti, et ibi matrimonio copulari.»

Sacra Poenitentiaria precibus mature perpensis respondet *Cum juxta exposita suspicio fraternitatis in casu nullo solido fundamento innitatur, (idque evulgetur), oratores a matrimonio ineundo non sunt prohibendi.*

Datum Romae in S. Poenitentiaria die 29 Novembris 1890.—
R. CARD. MONACO P. M.

TABLA DE LOS SERMONES

que se han de predicar en la Santa Iglesia Catedral de esta Ciudad, desde el Miércoles de Ceniza, hasta la festividad de todos los Santos de este presente año de 1891, con expresión de los Señores Oradores encargados de su desempeño.

FEBRERO 11. Miércoles de Ceniza.—EVANGELIO.—*Cum jejunatis, etc.* Dr. D. Tadeo Ortega, Magistral de la Santa Iglesia Catedral.

IDEM 15. Dominica 1.^a de Cuaresma.—EVANGELIO.—*Ductus est Jesus, etc.* Dr. D. Sebastián Urra, Chantre de id.

IDEM 22. Id. 2.^a de id.—EVANGELIO.—*Assumpsit Jesus, etc.* El mismo.

MARZO 1. Id. 3.^a de id.—EVANGELIO.—*Erat Jesus etc.*
Lic. D. Nicolás Miranda, Arcediano de la misma.

IDEM 8. Id. 4.^a de id.—EVANGELIO.—*Abiit Jesus, etc.* El Sr. Magistral.

IDEM 15. Id. de Pasión.—EVANGELIO.—*Dicebat Jesus, etc.*
Dr. D. Jerónimo Lucas, Lectoral de id.

IDEM 19. San José. EL ILMO. SR. OBISPO.

IDEM 20. Los Dolores de Nuestra Señora. D. Manuel Sanmartín y Aparicio, Canónigo de la Santa Iglesia Catedral.

- IDE 22. Domingo de Ramos.—EVANGELIO.—*Cum appro-*
pinquaset Jesus, etc. El Sr. Lectoral.
- IDE 26. Jueves Santo.—Mandato.—EVANGELIO.—*Ante*
diem festum Paschæ. El Sr. Arcediano.
- IDE 27. Viernes Santo.—Pasión de Nuestro Señor
Jesucristo. Sr. D. Marcos Montaner, Canónigo de id.
- IDE 30. Lunes de Pascua de Resurrección.—EVANGE
LIO.—*Sic Deus dilexit mundum, etc.* El Sr. Magistral.
- MAYO 4. Rogaciones.—EVANGELIO.—*Quis vestrum ha*
bebit amicum? etc. Dr. D. Marcos M. del Rivero, Peni
tenciario de id.
- IDE 7. Ascensión del Señor. EL ILMO. SR. OBISPO.
- IDE 18. Lunes de Pascua de Pentecostés.—EVANGELIO.—
Sic Deus dilexit mundum, etc. EL ILMO. SR. OBISPO.
- IDE 24. Domingo de la Santísima Trinidad.—EVANGE
LIO.—*Data est mihi, etc.* El Sr. Magistral.
- IDE 31. Domingo infraoctavá del Corpus.—EVANGELIO.—
Homo quidam, etc. Dr. D. Cayetano Sentís, Docto
ral de id.
- JUNIO 24. Natividad de San Juan Bautista. Lic. D. Eulogio
Horcajo Monte, Canónigo de id.
- IDE 29. San Pedro y San Pablo Apóstoles. Lic. D. Juan
Rodríguez Puebla, Canónigo de id.
- JULIO. 25. Santiago Apóstol. El Sr. Magistral.
- AGOSTO 15. Asunción de Nuestra Señora. Lic. D. Bernar
do Ortiz, Beneficiado de id.
- SEPTIEMBRE 8. La Natividad de Nuestra Señora. Sr. D. An
tonio Alonso, Beneficiado de id.
- OCTUBRE. 5. **San Froilán**, Patrono del Obispado. Dr. D. Jo
sé Fernández Bendicho, Arcipreste de id.
- IDE 25. **S. Marcelo**, Patrono de la Ciudad. El Sr. Horcajo.
- NOVIEMBRE 1. Festividad de Todos los Santos. El Sr. Ar
cipreste.

NOTA. Este año queda suprimido el Sermón de la Anuncia
ción por coincidir esta festividad con el Miércoles Santo y ser el
oficio y Misa de la feria.